

Romanæ. Et sic possunt dispensare cum eis
in voto castitatis perpetuæ, vel super impe-
dimentis dirimentibus Matrimonium de iure
humano. Et absoluere ab excommunicatione
Cenæ Domini, si expediret saluti animæ vo-
uentis, vel contrahentis Matrimonium, de
quo infra verbo, Dispensatio, & Dispensare,
vel si aliæ occurrerint causæ pie, sicut in pre-
cedenti. §. 20. in principio diximus ¶ 4. Et
super Christicolas, ad opus conuersionis In-
dorum fratres commitantes ; & quanq; hæc
verba concommitantes fratres & cætera, vi-
deantur quamdam particularitatem & sponta-
neam oblationem ad dictum opus conuersio-
nis, quam dese ipsis sicut faquiri illi Christico-
læ, cum quibus est dispensandum : at vero ut
dicit pater a Veracruce, extenduntur etiam
ad christicolas, q; exēplo bonæ vitæ, odore
sanctæ famæ, vitam agunt inter has gentes
nouiter conuersas. Quid enim amplius fac-
turi essent, si concomitarentur fratres ? Itens
quia sequitur idem effectus qui pretendit in
dicta cōmitatione, & sic vidi fieri à viris doc-
tis: quia inquiunt currat, verbum dictum, &
dilatatur in cordibus Indorum per huiusmo-
di personarum exempla, adiuuatq; prædi-
catio